Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



18

corti dixit Amice non facio te iniuriam Nonne ex denario
convenisti mecum Tolle quod tuum est et vade Volo autem hui
novissimo dare sicut et tibi Aut non licet mihi quod volo facere
An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum Sic erunt novissimi
primi et primi novissimi Multi enim sunt vocati paucique
electi Bonum est confitari domino et psallere nomini tuo altissime Sed
Miserere nobis quesumus domine pater omnipotens susceptis et celestibus
nos munera mistis et clementer exaudi per Illumina faciem
tuam super servum tuum et salvum me fac in misericordia tua domine non con-
fundar quoniam invocavi te Oratio Fideles tui deus per
tua dona firmiter ut eadem et propitiando tribuant et prestando
sine fine perficiant per dominum In sexagesima Introitus
Exurge quare obdormis domine exurge et ne repellas
in finem quare faciem tuam avertis oblivisceris tribu-
lationem nostram adhesit in terra venter noster exurge domine adiuva
nos et libera nos propter Deus auribus nostris audivimus pres nostri
annuntiaverunt nobis opus Deus cuius gloriam et ex multa
nostra miseratione gratiam concedere dignare ut cum adiuti omnia do-
ctoris gentium ut ita ad coronam per Ad corinthios
Fratres libenter sufferetis insipientes cum sitis sapientes
Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit si quis devo-
rat si quis accipit si quis extollitur si quis in faciem vos cedit
secundum ignobilitatem dico quasi nos infirmi fuimus in hac
parte In quo quis audet in insipientia dico audeo et ego Hebrei
sunt et ego Israelite sunt et ego Semen abrahe sunt
et ego ministri christi sunt et ego Ut minus sapiens dico
plus ego In laboribus plurimis in carceribus habundantius
in plagis super modum in mortibus frequenter A iudeis quin-
quies quadragenas una minus accepi Ter virgis cesus sum
semel lapidatus sum ter naufragium feci nocte ac die
in profundo maris fui In itineribus sepe periculis fluminum
periculis latronum periculis ex genere periculis ex gentibus